



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris  
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Secundum

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtru[m] rapina sit grauius peccatum quàm furtum? 9

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38762**

Iofius & communius contra publicam iustitiam agunt, cuius custodes sunt positi.

## ARTIC. IX.

*Vtrum furtum sit grauius peccatum, quam rapina?* 376

**A**d nonum sic proceditur. Videtur, quod furtum inf. q. 73.  
**A** sit grauius peccatum, quam rapina. Furtum enim a. 3 ad 2 super acceptiōnem rei alienae habet adiunctam f. zu- Et q. 116  
 dem & dolum, quod non est in rapina. Sed fraus & a. 2 ad 2 dolus de se habent rationem peccati, vt suprā \* ha- Et q. 114  
 bitum est. Ergo furtum videtur esse grauius pecca- a. 2. ad 4  
 tum, quam rapina. 9.55. 4.4

**¶ 2** Præterea, Verecūdia est timor de turpi actu, & 5.  
 vt dicitur in 4.† Ethic. Sed magis verecundantur ho- li. 4. c. 9.  
 mines de furto, quam de rapina. Ergo furtum est tur- to. 5.

**¶ 3** Præterea, Quanto aliquod peccatum pluribus nocet, tanto grauius esse videtur. Sed per furtum potest nocumentum inferri & magnis & paruis: per rapinam autem solum impotentibus, quibus potest violentia inferri. Ergo grauius videtur esse peccatum furti quam rapinæ.

SED contra est, quod secundum leges grauius puniatur rapina, quam furtum.

**R**ESPONDEO dicendum, quod rapina & furtum habent rationem peccati, sicut supra \* dictum est, a. 4. & 6 propter inuoluntarium, quod est ex parte eius cui aliquid ausertur: ita tamen quod in furto est inuoluntarium per ignorantiam, in rapina autem est inuoluntarium per violentiam. Magis est autem aliquid inuoluntarium per violentiam, quam per ignorantiam: quia violentia directe opponitur voluntati, quam ignorantia. Et ideo rapina est grauius peccatum, quam furtum. Est & alia ratio, quia per rapinam non solum infertur alicui damnum in rebus, sed etiam vergit in quandam personæ ignominiam siue iniuriam. Et hoc præponderat fraudi vel dolo, quæ pertinent ad furtum. Vnde patet responso. Ad primum.

Ad secundum dicendum, quod homines sensibili-  
bus inhærentes, magis gloriantur de virtute exterio-  
ri, quæ manifestatur in rapina, quam de virtute in-  
teriori, quæ tollitur per peccatum. Et ideo minus  
verecundantur de rapina, quam de furto.

Ad tertium dicendum, quod licet pluribus possit  
noceri per furtum, quam per rapinam: tamen gra-  
uiora nocimeta possunt inferri per rapinam, quam  
per furtum. Vnde etiam ex hoc rapina est dete-  
stabilior.

## QVÆST. LXVII.

*De oppositis virtutis commutativa iustitia: & primò de  
iniustitia iudicis, in quatuor articulos  
divisa.*

**D**EINDE considerandum est de vitijs oppositis  
commutatiæ iustitiae, quæ consistit in verbis,  
quibus lreditur proximus. Et primò de his quæ per-  
tinent ad judicium: secundò, de nocumeatis verbo-  
rum quæ sunt extra iudicium.

¶ Circa primum quinque consideranda occurrit.  
Primò quidem, de iniustitia iudicis in iudicando.  
Secundo, de iniustitia accusatoris in accusando. Ter-  
tio, de iniustitia ex parte rei in sua defensione.  
Quarto, de iniustitia testis in testificando. Quinto,  
de iniustitia aduocati in patrocinando.

- ¶ Circa primum queruntur quatuor.
- ¶ Primo, vtrum aliquis possit iuste iudicare cum  
qui non est sibi subditus?
- ¶ Secundo, vtrum licet iudici iudicare contra  
veritatem quam nouit, propter ea quæ sibi pro-  
ponuntur?
- ¶ Tertio, vtrum iudex possit aliquem iuste conden-  
nare non accusatum?
- ¶ Quarto, vtrum licite possit pœnam relaxare?

AR-